lutaris potavit illum dominus deus noster.

Infirmitatem nostram respice **Collecta.** omnipotens deus: et quia pondus proprie actionis gravat. beati martyris tui N. intercessio gloriosa nos protegat. Per.

De Martiribus. Capitulum.

Scimus quoniam diligentibus deum omnia cooperantur in bonum. hiis qui secundum propositum vocati sunt sancti. **Aliud.**

Iusti in perpetuum vivent. et apud dominum est merces eorum et cogitacio illorum apud altissimum. **Collecta.**

Deus qui per gloriosa bella certaminis immortalitatis triumphos martyribus condonasti. da cordibus nostris dignam pro eorum commemoracione leticiam: ut quorum gaudemus triumphis provocemur exemplis. Per. **De uno confessore.**

Ecce sacerdos magnus **Capitulum.**

qui in diebus suis placuit deo et inuen-
tus est iustus. et in tempore iracundie
factus est reconciliacio. Collecta.

Exaudi domine preces nostras quas in sancti
confessoris tui .N. sollempnitate
deferimus. ut qui tibi digne meruit
famulari. eius intercedentibus meritis
ab omnibus nos absolue peccatis. Per.

Plures sancti sunt De Pluribus confessoribus.
sacerdotes idcirco quod morte p-
rohiberentur permanere. hic autem eo
quod maneat in eternum sempiternum
habet sacerdocium. Collecta. de confessoribus

Adiuua nos domine tuorum deprecaci-
one sanctorum. N. ut quorum fes-
ta gerimus. senciamus auxilia. Per.

Emulor enim De una virgine.
uos dei emulacione. despondi
enim uos uni uiro uirginem castam